

Ab. 127.
29.



Disputatio VII.

DE REI VIN-
DICATIONE ET PVBLI-
CIANA IN REM ACTI-

ONE,

QVAM

Deo trino & vno annuente

PRÆSIDE

ORTOLPHO FOMANNO

V. I. D. & P. P. in incluta

Salana.

Ad diem 25. Mensis Sextilis,

Hora locoque consuetis,

Propugnare admittetur

Cosmanus Mann Styr.

Auftrius.



INAE

Typis Tobiaë Steinmanni, Anno 1599.



Parenti suo charissimo

Dn. THOMÆ MANN Senatori apud
Stirenses Primerio.

Hæc legalis exercitij themata

In debitæ obseruantix pignus &
testimonium

Mittit & submittit

C. M. Filius.





Positio I.



Ei vindicatio, à vindicando di-
cta, est vindicatio rei corporalis do-
mino contra detinentem data.

*Rei vindi-
catio*

lib. 3. c. 1. §. 19. f. 3

II.

Estque directa alia; alia utilis. Di-
recta datur soli domino, qui iure ciu-
vel gent. dominium sibi adquisiuit; Hinc an marito &
uxori de re dotali? An ei, qui accepit, datur, in di-
squisitionem venit? vtrumq; affirmo.

*Cui datur
directa.*

*Non hinc dicitur
etiam quod
ad rem etiam
lib. 3. c. 1. §. 38*

*lib. 5. c. 1. §. 7
lib. 2. c. 1. §. 2*

III.

Res duobus vendita, & posteriori tradita cui com-
petat multi anxij sunt? Nos pro hoc militabimus.
An sub conditione possidenti concedatur æque am-
bigitur? Sed adfirmatiua verissima.

IV.

Eleganter hinc quæri solet: Num aduocatus si
nesciens rem suam esse adstitit victo petenti rem in
iudicio, actione rei propriæ cadat? Neg.

V.

Probatio duplex hac in actione desideratur: do-
minij ex parte actoris, possessionis ex parte rei;
illud vt probetur, in libello expressione tituli do-
minij non est opus; Hanc reus si neget, & ex
mendacio vincatur, possessione cadit; Sed quid si

A 2

probandi



probandi onus in se receperit, & succubuerit? Non
cadere eam, donec ab actore dominium sit proba-
tum, verius est.

VI.

Datur hæc non tantum contra possidentem, sed
& saltè[m] detinentem. Idem licet de sequestro multi
dicant, negatiuam tamen veriorem esse arbitror.

VII.

Vtilis, ad directæ exemplum introducta, datur
Emphyteutæ, superficiario, &c. vasallo contra quem-
cunq[ue] possidentem, etiã[m] dominum.

VIII.

Nonnunquã[m] & vero domino, quando sc. pos-
sessor dolo vel lata culpa possidere desierit, nec in-
teresse siue ante siue post litem contestatam fecerit
contra Zasium statuo.

IX.

Idem est, si quis liti se obtulit, & in iudicio con-
fessus est se possidere, licet non possideat, quo tamèn
in casu actoris ignorantiam requiro.

X.

Datur & in hæredes defuncti, si aut lis cum eo con-
testata fuerit, aut rem hæredes possideant, restituen-
diq[ue] facultatem habeant.

XI.

Nùm & in eum, qui actoris pecuniã[m] suo nomine
emit? N. nisi actor miles sit. Quod de militis pecunia
dictum, an ad res ex dotali pecunia emtas extendi-
tur? Adfirmantium parti subscribo.

XII.

Reus si sine dolo vel casu fortuito possessione
cecidit,

S
P

Contra
quem.
lib. 3. c. 1. § 2 f
152

Vtili cui
datur.

lib. 3. c. 1. § 1 f. 8

Contra
quem.

cecidit ; an nihilominus contra ipsum cum effectu
dabitur actio ? N. modò à mora liber sit, aut si mora
interuenerit, petitor distracturus aliàs fuisset.

lib 3 c. 4 38 fol. 79

XIII.

Actio hæc datur de omnibus rebus corporali-
bus, hominum commercio non exemptis, tam mobili-
bus, quàm immobilibus, tam animatis, quàm inani-
matis, non modò singulis, sed & vniuersitatis vt gre-
gis. Non de tigno iuncto, non de peculio, non de
agro militibus assignato.

Materia.

corp. si in specie
nisi quantitas in
dicatur lib 3 c. 4
32 f. 52

XIV.

Hic quæritur : Num sepulchra alicuius familiae
priuata in locis publicis humationi destinatis vindi-
cari possint? Negatiua placet.

XV.

Actor rem, quam petit certis circumstantijs & Forma
indicijs designare compellitur, Sed quid si nomen
ignoret, vt id dicere nequeat? Demonstratione opus
est. Quid verò si nomen expresserit, Sed errans ali-
ud pro alio, ita tamen, vt de corpore rei petita con-
ueniat, dixerit? Placet nihilominus rectè actum esse,
Sin autem verum nomen quidè m dixerit, ambiguè
tamèn, cum plures essent eiusdem nominis? Decla-
ratio petitoris, vt, de quo sentiat, constet, desidera-
tur.

XVI.

His ita constitutis, sufficienterq; probatis, à iudi-
ce res actoris esse declaratur, reusque, vt rem petitam
cum omni accessione, partu, fructu, & lucris restituat,
condemnatur, huic sententiæ si possessor parere de-
trectat, manu militari ad id cogitur.

Effectum.

A 3

Partus

XVII.

Partus ancillæ nûm in fructu sit, magnus est inter Dd. conflictus? In adfirmatiuam sum propensior.

XIIX.

Nûm in restitutionem veniat res, quæ post acceptum iudicium demûm possideri cæpit. Et an res inter moras iudicij vsucapta, & possessoris facta restitui debeat, à multis dubitatur. Cûr ab adfirmantibus discedam nullam causam video.

XIX.

De fructibus plæriq̃ue interpretum multi & prolixi sunt; nos extremis tantûm digitis attingemus. Fructus malæ fidei possessor omnes etiã consumptos restituere cogitur: Bonæ f. non nisi extantes; Sed nûm tam industriales quàm naturales? Adf. contra Donellum.

XX.

Post litem contestatam tam b. quàm m. fidei possessor fructus indifferentè omnes non tantûm perceptos sed & percipiendos restituere, reiecta Accursij sententia, cogitur.

XXI.

Anceps est quæstio: An perempta lite, & longo post tempore reuocata, fructus à tempore iudicij accepti, an reuocationis sint præstandi? Priori sententiæ vota adiungo. In fructibus qui percipi potuissent petitoris nè, an possessoris ratio habenda sit. non minùs dubitatur? Pro petitore magis concludo.

XXII.

Homine, qui petebatur, mortuo, fructuum ratio quomodo instituenda? Distinguo, aut dolo vel lata culpa

*q. d. voluit in pe
huc sunt dilator
q. sum h. q. u. r. r. r.
tu. h. b. 3. c. 1. 3. d.
f. 53*

h. b. 3. c. 1. 32 f. 131

culpa interijt possessoris, quo casu fructuum, quos eo non mortuo percepissemus, ratio habetur; aut absq; eius culpa; tùm, quoad vixerit, æstimatio debëbitur.

XXIII.

Impensas necessarias tam malæ quàm b. f. possessor deducere potest, easque aut iure retentionis, aut ope exceptionis, aut per implorationem officij iudicis, An iure actionis? Adf. ^{lib. 3. c. 1. 32 f. 75}

XXIV.

Impensæ vtiles num m. f. possessor tollat, si tolli possint, prægnans est quæstio? Sed negantium partes contra Cuiac, sustinebimus.

XXV.

Impensas quoque voluptarias à b. f. possessore tolli posse certi juris est; Num & à malæ f. possessore? Adf.

XXVI.

Materiam hanc finiat quæstio hæc nobilis: Impensæ studiorum causa factæ num in collationem veniant? Neg.

XXVII.

Sequitur Publiciana in rem actio; quæ est prætoriana, siue utilis rei vindicatio, qua quis rem à non domino bona fide ex iusta causa acceptam eamq; antequàm vsucepit, amissam repetit.

XXVIII.

Datur hæc actio omnibus qui vsucapere possunt. An vero domino? An creditori ad rem sibi oppignoratam ab eo qui non fuit dominus detur, quæstionis est? Nego vtrumque.

Quid

lib. 3. c. 1. 32 f. 80

~~ad~~
A. num ab
deducuntur

XXIX.

Quid si dominium sine traditione transijt? Dabitur ipsi hæc actio ex persona auctoris.

XXX.

Ei verò qui rem à furioso vel minore, nescius talem esse, accepit, hæc actio non denegabitur.

XXXI.

Contra quæ.

Contra quemcunque possessorem vel detentorem competit hæc actio, cui modò facultas est restituendi, An & pro herede possidentem? A. non contra verum dominum, non cum titulo detinentem.

XXXII.

Materia.

Datur hæc actio de omnibus rebus corporalibus & incorporalibus, mobilibus & immobilibus, non sacris, non religiosis, non furtivis, quippè vlucapioni contrarijs.

XXXIII.

Quæri hîc solet: Partus ancillæ furtivæ, nùm ex publica actione peti possit? A. Si & conceptionis & editionis tempore b. fidei possessor ancillam furtivam esse ignorauerit; Secus in foetu animalium observatur.

XXXIV.

Publiciana nùm hodiè per ius canon. sit correcta? Et an hæc prætorica cum Rei vindicatione cumulari possit quæritur? Prius nego; Posterius adfirmo de consuetudine, & iure canon. nego de iure ciu.

FINIS.

Kc 3192


8^o

(X2217985)

VO 12

MC





Disputatio VII.

DE REI VINI
LICITATIONE ET PVBLI-
CIANA IN REM ACTI-
ONE,
QVAM
Deo trino & vno annuente
PRÆSIDE
ARTOLPHO FOMANNO
V. I. D. & P. P. in incluta
Salana.
*Ad diem 25. Mensis Sextilis,
Hora locog. consuetis,
Propugnare admitetur*
Cosmanus Mann Styr.
Austrius.

IGNAE

Typis Tobiaë Steinmanni, Anno 1599.

